

**CATULL****Lesbia – Zyklus****c. 3**

lugete, o Veneres Cupidinesque  
et quantum est hominum venustiorum!  
Passer mortuus est meae puellae,  
passer, deliciae meae puellae,  
quem plus illa oculis suis amabat:  
nam mellitus erat suamque norat  
ipsam tam bene, quam puella matrem,  
nec sese a gremio illius movebat,  
sed circumsiliens modo huc, modo illuc  
ad solam dominam usque pipiabat.  
Qui nunc it per iter tenebricosum  
illuc, unde negant redire quemquam.  
At vobis male sit, malae tenebrae  
Orci, quae omnia bella devoratis:  
tam bellum mihi passerem abstulistis.  
O factum male! O miselle passer!  
Tua nunc opera meae puellae  
flendo turgiduli rubent ocelli.

## Übersetzungshilfen :

Veneres Cupidinesque  
quantum est  
venustus  
mellitus  
norat  
circumsilire  
pipiare  
tenebricosus  
vobis male sit  
Orcus  
devorare  
bellus  
misellus  
tua opera (Abl.)  
  
turgidulus  
rubere  
ocellus

Liebesgötter und –göttinnen  
wie groß die Zahl ist  
zu Venus: reizend, nett  
honigsüß  
= noverat  
herumspringen  
piepsen  
zu tenebrae  
Fluch über euch (dich)!  
Unterwelt, Gott der Unterwelt  
verschlingen  
hübsch  
zu miser  
durch deine Schuld  
(gemeint ist der passer)  
geschwollen  
sich röten  
zu oculus